

Veronae (V 3523). — 1) A. 742/3. — 2) Erratum est in numero; ex N. 91 scimus Augustum etiam in tribunica potestate XIV dici voluisse imp. XII.

91 imp. Caesar divi f. | Augustus | pontifex maximus, | imp. XII, cos. XI, trib. pot. XIV¹, | Aegypto in potestatem | populi Romani redacta | Soli donum dedit.

Romae in basibus obeliscorum duorum qui hodie extant alter in platea dicta 'del popolo' (rep. in circo maximo), alter in 'piazza di Monte Citorio' (erutus a. 1748 e campo Martio, ubi fuerat pro gnomone) (VI 701. 702). Testis est de his obeliscis ab Augusto Romam advectis Plin. h. n. 36, 71. — 1) A. 744/3.

92 imp. Caes[ar] divi f. August. | pontif. maximus, cos. XI, | tribunicia potest. XIII¹, | ex stipe, quam populus Romanus | k. Ianuarii apsentis ei contulit² | Iullo Antonio³ Africano Fabio cos.⁴, | Mercurio sacrum.

Romae, ara rep. in ruderibus sacelli in monte Esquilino (Gatti Bull. con. 1888 p. 228). — 1) A. 744, 745. — 2) Kalendis Ianuariis Augusto strenam in Capitolio etiam absenti contulisse populum, ex qua summa pretiosissima deorum simulacra vicatim illum dedicavisse, ait Suetonius Aug. c. 57. Kalendis Ianuariis a. 744 Augustus videtur degisse in Gallia (Dio 54, 56). — 3) Filius M. Antonii triumviri; de praenomine eius Iullo cf. Mommsen Herm. vol. 24, 155. — 4) A. 744. — Ad similes dedicationes pertinent tituli N. 93, 99, itemque mutilus VI 458 (a. 746).

93 imp. Caesar divi f. Augustus | pontifex maximus, | imp. XIII, cos. XI, trib. potest. XV¹, | ex stipe, quam populus Romanus | anno novo apsentis contulit² | Nerone Claudio Druso | T. Quinctio Crispino cos.³, | Volcano.

Romae basis rep. in foro, est Neapoli (VI 457). — 1) A. 745/6. — 2) Cf. N. 92 not. 2. — 3) A. 745. Kalendis Ianuariis huius anni Augustus Roma absentem fuisse aliunde non constat.

94 imp. Caesari Augusto divi f., pontifici maximo, tribunic. potestate XV¹, imp. XIII, | M. Iulius regis Donni f. Cottius² praefectus civitatum quae subscriptae sunt: Segoviorum Segusinorum | Belacorum Caturigum Medullorum Tebaviorum Adanatum Savincatum Ecdiniorum Veaminiorum | Venisamorum Iemeriorum Vesubianiorum Quadiatum, et civitates quae sub eo praefecto fuerunt.

Susae (Segusione) in arcu qui extat, litteris olim aere incrustatis (V 7234). — 1) A. 745, 6. — 2) De hoc Cottio, a quo nomen traxerunt Alpes Cottiae, et patre eius Donno cf. Strabo 4 p. 204; Mo. V p. 808. — Cum hoc titulo conferendus est titulus Tropaei Alpium relatus a Plinio h. n. 3, 156 (cf. C. V 7817), positus Augustus trib. pot. XVII a senatu populoque Romano, in quo enumerantur gentes Alpinae ab Augusto devictae (in quibus redire sex ex quattuordecim civitatibus Cottio subditis observavit Mo.).

95 Ti. Claudius Ti. f. Nero | pontifex, cos. iterum¹, | imp. iterum², | ludos votivos pro reditu | imp. Caesaris divi f. Augusti | pontificis maximi | Iovi optimo maximo fecit³ | ex s. c. | !!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!⁴

Romae basis marmorea rep. a. 1547 in campo Martio una cum N. 88 (VI 383 vidit Bormann eph. 4, 740). — 1) A. 747. — 2) De primis acclamationibus impera-